



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 60. Rhemense Concilium a Guisio Cardinale celebratum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul XVI.  
A.C. 1583.

ærarii partem sibi vendicant, ejicerentur, atque eorum vexationes prohiberentur: porro Clerus Gallicanus electionum jura revocari, ac Tridentinam Synodum recipi postulabat: ubi vero in deliberationem fuerat adductum, quod Rex, regiive magistratus officio suo defungentes ratione muneris sui non possent diris devoveri, nec ab Ecclesiæ communionem segregari, ac liceret etiam Regi prohibere, ne anathematis hujusmodi diplomata contra Episcopos, aut Magistratus regios decreta intra Regnum executioni demandentur. Verum Præsules cum conscientiae scrupulis angerentur, veriti, ne per propositionem adeo generalem legitima Ecclesiæ potestas læderetur, hinc quo minus super eo capite sententiam suam edicerent, sese excusarunt.

§. LX.

*Rhemense Concilium a Guisio Cardinale celebratum.*

*Labbe Coll.*  
*Cont. t. 15.*  
*pag. 84.*

Hoc anno Mense Majo Guisius Cardinalis Rhemis Concilium provinciale celebrabat. cui Sueffionensis, Laudunensis, Bellovacensis, Catalaunensis, Noviodunensis, & Ambianensis Episcopi unacum Vicario Generali Sylvanectensis Antistitis tum præpediti intererant. Plura ibidem promulgabantur



Sæcul XVI.  
A.C 1583.

tur decreta, & statuta de Sacramento-  
rum administratione, necnon de mo-  
ribus, & Ecclesiasticorum Officiis, quæ  
a Gregorio XIII. per diploma Apostoli-  
cum die trigesima Julii Anno post Chri-  
stum natum millesimo quingentesimo  
octogesimo quarto fuere approbata.  
Porro post fidei professionem ibidem  
præscriptam agebatur. I. De cultu  
Divino. II. De Breviario, Missali, Ri-  
tualis, seu de Manuali III. De die-  
bus festis. IV. De sortilegiis, & aliis  
Christianæ pietati contrariis. V. De  
Sacramentis. VI. De Baptismo. VII.  
De confirmatione. VIII. De Pœniten-  
tia. IX. De Eucharistia. X. De Or-  
dine. XI. De Matrimonio. XII. De  
reformatione Matrimonii juxta decre-  
tum Concilii Tridentini in Sess.  
vigesima quarta. XIII. De extrema  
Uctione. XIV. De Sepulturis. XV.  
De Seminariis. XVI. De Clericis in  
genere. XVII. De Regularibus, &  
eorum Monasteriis. XVIII. De cura-  
tis. XIX. De Capitulis, & Canonicis.  
XX. De Episcopis. XXI. De Simo-  
niacis, & Fiduciariis. XXII. De fe-  
nore. XXIII. De jurisdictione. XXIV.  
De visitatione. XXV. De Synodo  
Diæcesana, ac denique de Synodo  
Provinciali.

H 2

Cuncta



**Sæcul. XVI.** Cuncta hæc capita in quinque con-  
**A.C. 1583.** gregationibus fuere discussa, quibus  
 absolutis Synodo finis imponebatur,  
 divulgatis illius actis.

§. LXI.

*Synodus Burdegalensis.*

**Labb. p. 945.** Eodem anno Antonius Prævotius San-  
 facus Burdegalensis Archiepiscopus  
 in sua Metropoli aliud habebat Conci-  
 lium, in quo statuta Rhemensis Con-  
 cillii decretis propemodum similia san-  
 ciebantur: præcipue vero ibidem age-  
 batur de Pastorum residentia, Verbi  
 Divini prædicatione, necnon de debito  
 omnium ad beneficia curata promovend-  
 orum examine, ac de Scholis, &  
 Hospitalibus: præterea leges, & sta-  
 tuta condebantur pro Burdegalensis Pro-  
 vinciae Seminariis, eorumque Rectori-  
 bus, atque Alumnis: porro hæc de-  
 creta ex mandato Archiepiscopi pro-  
 mulgata pariter Pontificio diplomate  
 die tertia Decembris fuere approbata,  
 quam in rem Cardinalis sancti Sixti, qui  
 Gregorii XIII. Nepos erat, datis ad Ar-  
 chiepiscopum literis eidem prosperum  
 Concilii sui successum gratulabatur,  
 eumque certiolem reddebat, quod om-  
 nes Cardinales illius acta approbassent,  
 adjectis tamen quibusdam mutationi-  
 bus, quas ad Archiepiscopum eadem  
 occasio-